

Estende, eleva e junta as mãos e inclina a cabeça à cruz:

CREDO IN UNUM DEUM. Patrem omnipotentem, factorem cæli et terræ, visibílium ómnium et invisibílium. Et in unum Dóminum *Iesum* Christum, Fílium Dei unigénitum. Et ex Patre natum ante ómnia sæcula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Génitum, non factum, consubstantiálem Patri: per quem ómnia facta sunt. Qui propter nos hómines et propter nostram salutem descendit de cælis. *Aqui, genuflete* ET INCARNÁTUS EST DE SPÍRITU SANCTO EX MARÍA VÍRGINE: ET HOMO FACTUS EST. Crucifixus étiam pro nobis: sub Póntio Piláto passus, et sepúltus est. Et resurrexit tértia die, secúndum Scriptúras. Et ascendit in cælum: sedet ad dexteram Patris. Et íterum ventúrus est cum glória iudicáre vivos et mórtuos: cuius regni non erit finis. Et in Spíritum Sanctum, Dóminum et vivificántem: qui ex Patre Filióque procedit. Qui cum Patre et Fílio *simul adorátur* et conglorificátur: qui locútus est per Prophétas. Et unam sanctam catholicam et apostólicam Ecclésiám. Confíteor unum baptísma in remissionem peccatórum. Et expécto resurrectionem mortuórum. Et vitam ✠ ventúri sæculi. Amen.

Eleva os olhos à cruz, mãos ao corpo e profundamente inclinado:

MUNDA COR MEUM ac lábia mea, omnípotens Deus, qui lábia Isaíæ Prophétæ cálculo mundásti igníto: ita me tua grata miseratióne dignáre mundáre, ut sanctum Evangélium tuum digne váleam nuntiáre. Per Christum, Dóminum nostrum. Amen.

IUBE, DÓMINE, BENEDÍCERE. Dóminus sit in corde meo et in lábiis meis: ut digne et competénter annúntiem Evangélium suum. Amen.

A oração Iube, Dómine omite-se nas Missas de Defuntos.

Antes da bênção, inclina-se com as mãos postas sobre o altar:

PLÁCEAT TIBI, sancta Trínitas, obséqium servitútis meæ: et præsta; ut sacrificium, quod óculis tuæ maiestátis indignus óbtuli, tibi sit acceptábile, mihique et ómnibus, pro quibus illud óbtuli, sit, te miseránte, propitiábile. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.


Oscula o altar. Eleva os olhos, estende, eleva e junta as mãos e inclina a cabeça à cruz:

Benedícat vos omnípotens Deus.

E, voltado para o povo, o abençoa dizendo:

Pater, et Fílius, ✠ et Spíritus Sanctus. *℞.* Amen.

Nas Missas nas quais não se diz *Ite, Missa est*, omite-se a bênção.



QUI PRÍDIE quam paterétur, *toma a hóstia nas mãos* accépit panem in sanctas ac venerábiles manus suas, *eleva os olhos ao céu* et elevátis óculis in cælum ad te Deum Patrem suum omnipotentem, *inclina a cabeça* tibi grátias agens, bene✠dixit, fregit, dedítque discipulis suis, dicens: Accípite, et manducáte ex hoc omnes.

HOC EST ENIM CORPUS MEUM.

SÍMILI MODO pósquam cenátum est, *toma o cálice com ambas as mãos* accípiens et hunc præclárum cálicem in sanctas ac venerábiles manus suas: *item inclina a cabeça* tibi grátias agens, bene✠dixit, dedítque discipulis suis, dicens: Accípite, et bíbite ex eo omnes.

HIC EST ENIM CALIX SÁNGUINIS MEI, NOVI ET ÆTÉRNI TESTAMÉNTI: MYSTÉRIUM FÍDEI: QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS EFFUNDÉTUR IN REMISSIÓNEM PECCATÓRUM.

Hæc quotiescúmque fecéritis, in mei memóriam faciétis.

A patena à altura do peito, eleva os olhos à cruz e baixa-os à patena:

SÚSCIPE, SANCTE PATER, omnipotens ætérne Deus, hanc Simmaculátam hóstiam, quam ego indignus fámulus tuus óffero tibi Deo meo vivo et vero, pro innumerábilibus peccátis, et offensióibus, et negligétiis meis, et pro ómnibus circumstántibus, sed et pro ómnibus fidélibus cristiánis vivis atque defúctis: ut mihi, et illis proficiat ad salutem in vitam ætérnam. Amen.

O cálice à altura do rosto e olhando para a cruz:

OFFÉRIMUS TIBI, DÓMINE, cálicem salutáris, tuam deprecántes cleméntiam: ut in conspéctu divínæ maiestátis tuæ, pro nostra et totíus mundi salute, cum odóre suavitátis ascendat. Amen.

Inclina-se com as mãos postas sobre o altar:

IN SPÍRITU HUMILITÁTIS et in ánimo contríto suscipiámur a te, Dómine: et sic fiat sacrificium nostrum in conspéctu tuo hódie, ut pláceat tibi, Dómine Deus.

Estende, eleva e junta as mãos, elevando os olhos à cruz:

VENI, SANCTIFICÁTOR omnípotens ætérne Deus: et benedic ✠ hoc sacrificium, tuo sancto nómini præparátum.

Eleva os olhos à cruz e inclina-se com as mãos postas sobre o altar:

SÚSCIPE, SANCTA TRÍNITAS, hanc oblatiónem, quam tibi offérimus ob memóriam passiónis, resurrectionis, et ascensionis Iesu Christi, Dómini nostri: et in honórem beátæ Mariæ semper Vírginis, et beáti Ioannis Baptistæ, et sanctórum Apostolórum Petri et Pauli, et istórum et ómnium Sanctórum: ut illis proficiat ad honórem, nobis autem ad salutem: et illi pro nobis intercédere dignéntur in cælis, quorum memóriam ágimus in terris. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum. Amen.

Oscula o altar e volta-se para o povo, estendendo e fechando as mãos:

Oráte, fratres: ut meum ac vestrum sacrificium acceptábile fiat apud Deum Patrem omnipotentem.